FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Passio Domi||NI NOSTRI IESV CRI-||sti secundum Mattæum in de-||cem Homilias diuisa, per D. Ioannem Chrysostomu[m]. || ... ||

Johannes <Chrysostomus>

Parisiis, 1547

Oratio sub compendio omnes septem petitiones, in precatione dominica expressas, complectens.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150600

Visual Library

faſtigia exornas. Quid hac peius ſtupiditate? Quid hac inſania grauius? Inſaniæ ſiquidē hæc ſunt extrema. Quin potius quicquid aliquis dixerit, dignum protulerit nihil. Veruntamen ſi volumus, ægritudinē, licet grauem, repellere poſſumus. Nec ſolū fieri poteſt, ſed & facilè. Nec facilè ſimpliciter, verū & multò facilius ab hac peſtè liberari, quàm à corporalibus morbis, quanto maior eſt & medicus? Eum igitur alliciamus, & adiuuet rogemus, & à nobiſipſis debita conferamus, volūtatē dico, & prōptitudinem: nihil enim aliud exigit. Sed ſi hæc accipiat ſolùm, à ſeipſo cuncta depromet. Impēdamus itaque noſtra, vt & hic puram aſſequamur ſanitatem, & ad futura perueniamus bona, gratiâ & miſericordiâ domini noſtri Ieſu Chriſti, cùm quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria, imperiū, honor & adoratio, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio ſub compendio omnes ſeptem petitiones, in precatione dominica expreſſas, complectens.

Pater noſter qui es in cœlis.

OMnipotens ſempiterne deus, qui te perſonarum delectu, cōmunem omnium cœleſtium patrem, vt cœleſtes eſſemus filij tui appellari dignatus es.

Sanctificetur nomen tuum.

Da nomen tuum ſanctiſſimum in nobis candore & exemplo innocentis vitæ ſanctificari: vt cuncti per nos bonitatémque noſtrā, & virtutes quas in nobis operaris, te ſanctificent, & glorificent.

Adueniat regnum tuum.

Da vt regnum gratiæ & miſericordiæ tuæ in pectora noſtra veniat, vt regni gloriæ & maieſtatis participes fieri mereamur.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.

Da vt vſque ad mortem, tuā diuinam ſequamur volūtatem, & exēplo cœleſtiū ciuiū cōcordes & trāquilli vnanimi ſpiritu cōpreſſis carnis viribus, mundíque & diaboli victis blandimētis, tuæ ſanctiſſimæ volūtati nunquā reluctemur: ſed in omnibus obſequamur.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Da corpori noſtro neceſſariū victum, vt tibi liberiùs ſeruiamus. Da nobis precamur ô pater, panem illū cœleſtem, corpus Ieſu Chri

ſti filij tui, cibum & medicinam animæ noſtræ. Da nobis panem diuinorũ præceptorum in veritate factorũ, vt in his pro affectu ambulemus, & nos exerceamus. Da demum nobis panẽ diuini verbi quod animæ noſtræ fulſit ſubſtãtiam: vt his alimentis ſaturati, ad cœleſtem ſaturitatem, vbi nulla eſuries eſt, peruenire mereamur.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Da vt hoſtibus & lædentibus nos ſimus placabiles, & in nos cõmiſſa errata vltro remittamus, vt te quoque in remittendis erratis noſtris facilem & clementem inueniamus.

Et ne nos inducas in tentationem.

Da ne toti in tentationes inducamur, vt toti perdamur, Sed in omnibus tentationum periculis, & mediis afflictionum fluctibus paternum nobis adeſſe ſentiamus præſidiũ, ne tentatoris malis artibus victi in ſempiternum pertrahamur exitium. Sed inſtar vaſorũ figuli probati, & tentationum igne purgati, curſum noſtrum conſummamus, bonũmque certemus certam ẽtecum victuri, in omniũ tentationum victrice ciuitate cœleſti, in omnia ſecula.

Sed libera nos à malo.

Da demũ clementiſsime pater, vt ab omnibus corporis & animi, præſentibus & futuris malis, tua benignitate liberemur, & olim fœdiſsimi patris noſtri diaboli iugo, per Ieſum Chriſtum filiũ tuum excuſſo hæreditatem cœleſtis regni, ſanguine eiuſdẽ filij tui, nobis filiis tuis paratam, perpetuò poſsideamus, & iter angelicos choros beatóſque ſpũs cœleſtibus deliciis ſemper perfruamur, patrocinante nobis benignitate atque gratia Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri, cui, & tibi patri noſtro ſpiritui ſancto imperium, gloria, & honor, nunc & in omnia ſecula, Amen.

FINIS.